



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 13. Magnitudinem cæli Empyreinos docet hæc siderum cælorumque magnitudo, vt quasi fidem excedat, quod de ea dicunt Astrologi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

flas & celo. & ab acre, à terra & mari, à luce & tenebris, à calore & umbra, rore & imbre, ventis & pluuibus, volucribus & piscibus, bestis & arboribus, & multiplicitate herbarum & germinum terra, & cunctarum creaturarum inorum ministerio, nobis successiue per sua tempora ministrantium ut alleues fastidium nostrum, qualia, quæ so, & quàm magna, & innumerabilia erunt illa bona, quæ preparasti diligentibus te, in ille cælesti patria, ubi te videbunt facie ad faciem? Si tanta nobis facis in carcere, quid ages in palatio. Magna & innumerabilia sunt opera tua Domine, rex caelorum. Cum enim sint hæc omnia valde bona, & delectabilia, quæ bonis pariter, malisque communia tradidisti, qualia futurae sunt illa, quæ solis bonis recondidisti? Si tam innumera & varia dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis & inimicis, quàm magna & innumerabilia, quàm dulcia & delectabilia, quæ solis es largiturus amicis? Si tanta delectabilia continet carcer, quantum quæso, continet patria? Oculis non vidit, Deus absque te, quæ preparasti diligentibus te.

§. 13. Magnitudinem celi Empyrei nos docet hæc siderum calorumque magnitudo, ut quasi fidem excedat, quod de ea dicunt Astrologi.

26  
L. 13.  
de Gen.  
ad lit.  
23.  
in imp.  
Gen. 1.  
14.  
EX hoc argumento, debet ipse D. Aug. elicere sensum illorum verborum Spiritus S. qui referens caelorum creationem, & quomodo illos Deus ornauit stellis maioribus ac minoribus, præcipue verò ambobus illis luminaribus sole ac luna, ait quod stellas posuerit in firmamento, id est octauo cælo: *Vi sint in signa, & tempora, & dies & annos.* Hoc facile capimus, quod Deus creauerit caelos, stellas, nominatim autem solem & lunam, ut faciant, & diuidant tempora, verè & hyemem, noctes & dies, menses & annos, cum hæc omnia ab eorum dependant motibus, quibus nobis sol luget vicinior, magis vel minus recedit, diem illuminat, noctibus disparet, cui luna succedit, &c. At quis horum sensus? *Vi sint in signa.* Et hoc primum ponit, ut eorum præcipuè officium. Notum est illud axioma philosophicum; id quod pro signo ponitur, non poni propter se, sed vt eo viso intellectus noster aliquid maius intelligat. Hinc innixi Astrologi (dicunt SS. Patres) iudicauerunt prædictionem suam, ac veritatem suarum prædictionum, iudiciorum, prognosticorum scientiæ iudiciaræ, cuius rationes ac dicta referunt, reprobant ac conuincunt D. Basil. D. Ambr. D. Aug. D. Thom. Hieron. Lanuza Bapt. de Tom. 1.

& alij tam Græci quàm Latini, citati à Lipoma. Licet enim verum sit, quod corpora cælestia & stellas influxum habeant efficacem, in hæc corpora inferiora verumtamen in animas minime, sed nec in ipsum liberum hominis arbitrium, licet bene notet Hugo de S. Victore quod eo quod animæ se sinat corporis affectibus commoueri cognoscendo quos caelorum ac siderum influxus affectus in corpore moueant, inde sumant argumentum iudicandi eodem modo de animis, ac libero arbitrio: verumtamen incerta sunt omnia, vaga sunt omnia, quinimò paruum possunt habere eorum certitudinem quod corpora, ait D. Thom. ob incertitudinem, quæ procedunt in altorum, eorumque motuum ac influentiarum cogitatione. Dicunt alij esseque sententia communior: quod Deus posuerit caelos, ac sidera: *In signa futurorum*, vt Christus ait: quando vespere caelum videmus rubeum, prædicimus serenitatem matutinam: quando verò luna circulo apparet concluso, prognosticum illud habemus pluuiarum, & his aspectibus cæli ac siderum tam naua quàm operarij plurima futura prælagunt.

Hanc approbo declarationem, ac verò illam D. Aug. cit. admiror. Quod Deus immensam hanc caelorum astrorumque posuerit machinam, nominatim autem pulchriora illa luminata solem & lunam in signa vt ex eis aliqualem cæli emphæsi, locique cælestis gloria, ad quam nos Deus procreauit, eliciamus cognitionem. Creauit ac posuit Deus hominem in terra, non vt in ea perpetuus maneret habitator incolæ, sed vt iter caelum versus dirigeret, & hic viuens corpore, sursum cogitationes, animam, votaque sua eleuaret. Vt verò horum aliqualem haberet cognitionem, oculis eius exposuit totam hanc machinam, præcipue verò sidera ac caelos. Perpende horum magnitudinem, claritatem, splendorem, venustatem, & hæc sint tibi in signa eorum quæ cælo empyreo continentur, magna, clara, splendida & in summo gradu venustissima. Si hæc tam grata nobis concesserit, quantum tempore in hac valle degimus lachrymarum exules, quid loco illi seruauit, ubi cum sanctis suis regnabit æternum gloriosus? quid est caelum hoc quod oculis conspiciamus? quid hæc sidera? quid sol per diem nos illuminans, & Luna per noctem? Præclara valde nobis de his scriptis mandauerunt Astrologi doctissimi, & hoc æuo nostro Christophor. Clavius. Hoc vt certum (ait) suppone; minimam stellam, earum quas vides in cælo stellato.

Caton.  
in Gen.  
cap. 1.  
tex 6.  
In Cen.  
7.  
Opus.  
de u.  
dic. a.  
strol. &  
refert  
Lipom.



In Sp.  
cap. 1.  
quem  
sequi  
tur  
Corn. a  
Lop. in  
1. Gen.

stellato octodecies excedere magnitudine totam terram. Statuunt Astrologi varias stellarum quantitates, quas in sex classes diuidunt. Primae quantitates stellae septemdecim sunt maiores toto terra globo centies & septies. Secundae quantitates quadraginta quinque terram excedunt nonagies. Tertiae quantitates ducentae & octo mundum superant septuagies & bis. Quarta quantitates ducentae septuaginta quatuor, hanc molem excedunt quadragies & quater. Quinta magnitudinis numero ducentae septemdecim, machinam hanc exsuperant trigies quinque. Sextae quantitates, ceterae scilicet omnes, licet Astrologi tantum ducentas illas ac quadraginta nouem considerent, sunt maiores tota terra octodecies. En quantae sint, en quot sint, & quam exigua pars caeli stellati, quam istius caeli exiguo spatio continentur, & quam multo sint ampliora eiusdem caeli vacua spatia, quam ea quae stellae occupant, ut locus infinitis aliis ac multo maioribus figendis superfit, cum millesima pars stellis non sit, vermiculata. Hinc collige, quam vasta sit haec colorum machina, quam immensa magnitudinis. Quanto, credis, tempore plumbea glans sclopi maioris indigeret, ut spacium vel minimam stellae illam pertransiret? In quibus annis subtrahtis decem diebus: quia ut probant scripti Auctores, ut transeat plumbea sclopi maioris glans per terrae superficiem, quadraginta dies requirerentur. Si igitur minima stella octodecies maior sit tota terra, bene inferitur, ut illam transioler sclopi glans plumbea, requiri septingentos & viginti dies. Hinc solis collige magnitudinem, qui cum sit mundo maior centies septuagies, ut illum percurrat glans sclopi maioris requirerentur anni sex mille, & dies quadringenti, id est plus quam octodecim anni; viderentur haec fore quibusdam efficta, sed in rei veritate hoc ita esse probant huius scientiae profectores. Hinc & illud secundum annecte, videlicet istorum colorum ac siderum motus; singula eorum quae sedem habent in Equinoctiali & quaelibet pars seu caeli punctum quod in sua linea conuoluitur, quaelibet hora tantum conficiunt spatium, quantum conficeret veredaris singulis diebus quatuordecim leucas horarum percurrans, mille nongentis & quatuordecim annis. Si tantum spatium quilibet eorum motus percurrat una hora, quantum spatium conficiet viginti quatuor horis, diebus singulis. Vnde inferunt eorum motum multo esse velociorem motu vnius sagittae, quinimo &

glandis ferrae. Quam igitur erit immensum spatium istud? Est enim tantum spatium, de terra ad conuexum caeli stellati, ut si illinc deuolueretur lapis molaris, impenderet nonaginta annos antequam ad terram vsque laberetur; licet autem hoc simpliciter dicat D. Vincent. Ferrar. fufius tamen probant praefati Auctores. Si quis recta scanderet ad conuexum caeli stellati, ac singulis diebus conficeret viginti miliaria, indigeret octo millibus annorum. Hoc refert ac asserit in signis ille Astrologus apud Arabes Alpharabius. Et secundum hanc opinionem, ut ad caelum empyreum accederes, opus esset sedecim millibus annorum. Ita ut, si ab eo instanti, quo Deus Adamum creauit, vsque in hodiernum diem cecisset ascendere, quotidie viginti leucas percipiens, etiam hodie nondum ad caelum stellatum accessisset, sed nec quidem medium spatium confecisset, quod hinc ad caelum Empyreum credunt interesse. Humanam fidem excedere videtur, verum tamen id nobis affirmant illi, quos credimus, suis sphaeris, ac astrolabiis caelos ut palmis demetiri.

Hanc distantiam singulariter expendit Abulens. ut quendam declaret rationem, quare Mater Ecclesia Christi Domini nostri Ascensionem vocet admirabilem: quia, cum intersit tantum, ac immensum spatium, illud tamen breuissimo tempore pertransierit. Hinc etiam intelliges excellentiam dotis agilitatis, vnius ex quatuor dotibus corporis gloriosi, quae tanta erit, ut illud spatium, ad quod emetiendum glans sclopi maioris toto semper ruens impetu opus haberet annorum centuribus gloriosum tempore imperceptibili pertransibit, vnde eius agilitas, cogitationis comparari leuicari. Obstupescere, quam immensa sit istorum colorum magnitudo, & quam iusta ratione dicat Astrologia, quod terra respectu caeli stellati, puncto non sit maior. Quid igitur erit respectu caeli Empyrei, diuinae gloriae loci, quam electis suis Deus praeparauit. Iam intellige cur totam illam magnitudinem, pulchritudinem ac immensitatem Deus creauerit, ut sint in signa, mirum ut hinc elicias, qualis futurus sit locus quem Deus erexit in suae thronum maiestatis, suae sedem magnitudinis, aulae suae supremae habitaculum, & exclames cum Propheta Baruch. O Israel quam magna domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus, quam ingens est iste locus? Immensus est: nulla enim potest mensura declarare; actalis est, ut non habeat finem. Vide ubi sint verba aliqua

Refert  
Salm.  
velatus  
à Bar-  
rudo  
Tom. 2.  
1. p. 6.  
12.

Paral.  
4. 1. 4.

Baruch  
3. 27.



aliqua magis propria quibus talis melius possit  
 magnitudo declarari. O morales, mentis  
 oculis ascendite, cogitate, ruminare quanta  
 sit illius loci magnitudo, quam speratis ob-  
 tine e, vt tota terræ inles puncto sit minor (si  
 minus quid dari possit) eius comparatione. Con-  
 sidera igitur si totus mundi globus eorum  
 comparatione tam nihil sit, quid erunt terrena  
 hæc omnia regna? quid ciuitates? quid loca?  
 quid tua camporum iugera quæ tibi videntur  
 tam extensa? quid tuæ possessiones quas iudi-  
 cas tam amplas? quid domus tua? quid tua pa-  
 lacia? O miseri, qui curritis exanimis vnus  
 pra i, hereditatis, aulæ, palatii, rei alienius  
 adeo ex quæ ambitione flagrantissimi, videte,  
 Quam ingens locus sufficiens eius.  
 Progredere ulterius, ac considera, quod si  
 tanta sit differentia eorum omnium quæ conspe-  
 ctu nostro subiaceant ad illud spatium, quoad  
 quantitatem, non minor est quoad qualitatem.  
 Aspice caelos illos pulcherrimos, stellas fulgen-  
 tissimas, attende solis clarissimum splendorem,  
 lunæ venustatem, omnia hæc sunt in signa: vt  
 per hæc agnoscas, si tale tectum creauerit do-  
 mit terrene, corruptibili, & breui contumanda  
 tales testudines, laquearia taha, elegantia incor-  
 ruptibili adornata, quid erit, quod in domo illa  
 caelesti suæ Maiestati condigna, & æternæ glo-  
 ria congrua preparauit, vbi in æternum regnat  
 ipse Deus immortalis. Quæ venustas? quæ  
 lux? quæ claritas! talis est, vt mundi lux ma-  
 xima nox sit ac tenebræ. O terripentæ, ac filii  
 hominum, caelos istos, stellas, fulgorem, vt signa  
 considera: hoc est, vt illa corporis oculis in-  
 tuentes ex illis intelligatis mentis oculis emi-  
 nentes caelorum prerogatiuas, & videte quam  
 præclare vobis acclamet Rex Propheta: *Fili*  
*hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis*  
*vanitatem, & quæ vult mendacium?* Mortales bo-  
 nis caelestibus instituti, vt quid adeo vacordes  
 vos ipsos dericitis, ac animo vilescitis, vt quib-  
 quilias illas diligatis, quid enim aliud sunt ter-  
 ena hæc omnia? quam apte vobis illud possum  
 occine e, quod pissima Machabæorum mater,  
 quam Spiritus S. hoc celebrat encomio: *Mater*  
*mirabilis & bonorum memoria digna.* Suggestit fi-  
 liolo suo, quo eum ad cruciatum, mortisque  
 tolerantiam excitabat, quibus ab impio Rege  
 Antiocho examinabatur. *Pesona te, vt afficias*  
*ad eulum &c.* Et altera quoque mulier, pari  
 vitæ, simili constantia, mater iunioris Sym-  
 phoriani, quem vt visit extremis doloribus ad  
 vitæ exitum, palmamque martyrii properantem,  
 1.  
 Confid-  
 tione  
 cæli  
 mater  
 Macha-  
 bæo-  
 lum si-  
 rios ad  
 mortē.  
 horta-  
 tur.  
 2.  
 3.  
 4.  
 5.  
 6.  
 7.  
 8.  
 9.  
 10.  
 11.  
 12.  
 13.  
 14.  
 15.  
 16.  
 17.  
 18.  
 19.  
 20.  
 21.  
 22.  
 23.  
 24.  
 25.  
 26.  
 27.  
 28.  
 29.  
 30.  
 31.  
 32.  
 33.  
 34.  
 35.  
 36.  
 37.  
 38.  
 39.  
 40.  
 41.  
 42.  
 43.  
 44.  
 45.  
 46.  
 47.  
 48.  
 49.  
 50.  
 51.  
 52.  
 53.  
 54.  
 55.  
 56.  
 57.  
 58.  
 59.  
 60.  
 61.  
 62.  
 63.  
 64.  
 65.  
 66.  
 67.  
 68.  
 69.  
 70.  
 71.  
 72.  
 73.  
 74.  
 75.  
 76.  
 77.  
 78.  
 79.  
 80.  
 81.  
 82.  
 83.  
 84.  
 85.  
 86.  
 87.  
 88.  
 89.  
 90.  
 91.  
 92.  
 93.  
 94.  
 95.  
 96.  
 97.  
 98.  
 99.  
 100.

adhortata exclamauit: *Nate, Nata, memento æter-*  
*na vita, caelum suscipe, & ibi regnante m iouere.*  
 Hoc ipsum vobis inculco, licet enim vos non ad  
 mortem rapiat cor, oris tyrannorum saua cru-  
 delitas, instigan: tamen ad animæ perdi ionem  
 leuiore damonum tentationes, mundi ille-  
 cebra, caro vestra ad retum terrenarum dile-  
 ctionem, quæ omnia vanitas arguuntur, &c.

S. 14. *Gloria caelestis bona satiant appetitum quem terrana magis accendunt.*

**H**inc oritur, quod Propheta in particulari  
 non dicat, quid illud sit quod Deus in hoc  
 conuiuio proponet, sed quodam velac in-  
 uolucro & includit generalitate. *Conuiuium pin-*  
*guum, pinguium medullatorum:* pinguia, lubitan-  
 tialia plena medullis. Magnam habent verba  
 hæc emphasim. q d illud conuiuium tantarum  
 erit apparatu epularum instructum, vt appetitui  
 satisfaciatur, famemque satiet. Cibus autem vt sa-  
 tisfaciat, & satiet conformis esse debet calori  
 stomachi qui illum digerit. Si vnam passam pot-  
 rigas structioni, vel sicum elephanti, vel milium  
 equo, fame interibunt. O quam ingens animæ  
 nostræ stomachus, & quantus eiusdem calor ap-  
 petitus! Infinitus est, ne minus dixerim, boni  
 capax infiniti, hinc oritur, vt eum nequeat satia-  
 re quidquid habet mundus, totum enim illud est  
 finitum. Quando vehemens est ignis incendium,  
 illud aqua aspersorum nequit suffocare: qui-  
 nimo eo acior inflammatur. O animæ incen-  
 dium, omnia digerens, omnia consumens: quan-  
 libet infuderis aquam, nihil operatur, hac vehe-  
 ntior incenditur. Infunde aurum, gemmas, argen-  
 tum, census, reditus ciuitates, regna, sitim non  
 extinguunt nec calori satisfaciunt, insufficientis  
 est hæc aqua tantis flammis extinguendis.

Subtiliter dixit Spiritus S, quod quæcumque  
 mundo comprehenduntur, etiam simul iuncta  
 gutta sunt rotis antelucani: tanquam gustu rotis  
 antelucani, sic est ante te orbis terrarum, his cor-  
 dis magis accenditur appetitus. Optime hæc  
 describit Diuus Augustinus *Cor humanum in*  
*desiderio aternitatu non fixum, nunquam stabile*  
*esse potest, sed omni volubilitate volubilius, de alio*  
*in aliud transiit, quirens requiem, vbi non est. In*  
*his autem caduca & transitoris veram requiem*  
*inuenire non valet, quomam tanta est dignitas,*  
*vt nullum bonum praeter summum bonum ei suffi-*  
*cere possit.* Ob hoc præter alias rationes dici-  
 tur homo factus ad imaginem & similitudinem  
 R r r 2 Deit

Sa. 11. 23.  
 D. Augu-  
 L. Manu-  
 e. 23. To. 9

